




1,66.6

I, 66.6

*Act. 89.*

*I*  
Iusfeld.

1. Joh. Ernst Brauns amenitatis subterraneae. Gosle. 1726. 40-
2. Ch. Gab. Fischer, lapid. in agro Pruggio. Region. 1715.
3. F. Jac. Lerche, oryctographia Halensis. Hal. 1730.
4. Ge. Andr. Helsing, lithographia Angerburgica. Region. 1717.
5. Gf. Wagner et Ant. Fischer de lapide fulminari. Vitemb. 1710.



PRÆLUCENTE DEO  
CONSENTIENTE AMPLISSIMA  
FACULTATE PHILOSOPHICA,  
2

PAR I.

LAPIDUM IN  
AGRO PRUSSICO  
SINE PRÆJUDICIO CON-  
TEMPLANDORUM.

DISSERTATIONE PUBLICA

*Pro Loco*

Professionis Physicæ Extraordinariæ

obtinendo

IN ACADEMIA PATRIA

exhibit

M. CHRISTIANUS GABRIEL

GESSEDER

RESPONDENTE

HEINRICO REINHOLDO WEGER,

Philosoph. Stud.

Ad diem 7. Maii Anni M D C C X V.

Horis ante & pomeridianis.

IN AUDITORIO MAJORI.

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.

---

2

AUGUSTISSIMO, SERENISSIMO ATQUE POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO  
FRIDERICO  
WILHELMO,

REGI PRUSSORUM,  
MARCHIONI BRANDENBURGICO,  
S.R.I. ARCHI-CAMERARIO ET ELECTORI,  
SUPREMO ARAUSIONensi, VALLANGINensi ET NEO-  
COMENSI PRINCIPI,  
MAGDEBURGI, CLIVIAE, JULIAE, MONTIUM,  
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, VANDALO-  
RUM ET MEGAPOLIS, ITEM IN SILESIA, CROSNÆ

D U C I,  
BURGGRAVIO NORIMBERGENSI,  
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ, CAMINI,  
VANDALIAE, SVERINI, RACEBURGI & MEURSAE,  
COMITI HOHENZOLLERIAE, RUPINI, MARCÆ,  
RAVENSBERGÆ, HOHENSTEINII, TECKLENBURGI,  
LINGÆ, SVERINI, BURÆ & LEERDAMI,  
MARCHIONI VEHRÆ & VLissingæ,  
DYNASTÆ RAVENSTEINII, ROSTOCHII, STARGARDIAE,  
LAUENBURGI, BUTOVIAE, ARLAIE AC BREDAE, &c. &c. &c.  
REGI AC DOMINO SUO LONGE CLEMENTISSIMO,

Hoc quidquid est speciminis in devotissime gratitudinis signum  
inter calidissima Augusṭæ felicitatis vota offere

Humillimus

M. CHRISTIANUS GABRIEL Fischer.

## I. f. N.

## PROE M I U M.



Unquam opinor fabulis indulget adeo seu vulgi seu doctorum sententia , quam quando lapides aliis extantiores nobilioresque veniunt expendendi. Fingit de iis quas potest vulgus ineptias , nec spernit doctor inveteratas de eorum ortu virtuteque narrationes. Intuitus in agri termino sulcos rimasque notabiles agricola , vestigia dæmonis nescio cuius impressa meminit. (1) Quoties quis postes videt madere lapideos , fingit deflere catastrophen homines prodigiose immutatos. (2) Qui novit faxum humano corpori ex quodam

## A

(1) Ben Gross- Stobey (pagus est Elbingæ vicinus) liegen auf dem Felde zwey ungewöhnliche Felsensteiff in der Erden/ in der einen den deutliche Eindruck einer grossen hintern Bären-Taschen zu sehen. Hie von geht die Rede/ daß der Teuffel/ der sich einsmahlz des Nachts zu den Pferd-Hütern/ da sie Charten gespieler/ gefunden/ und bis zum ersten Hahneng schreyen ihnen verweilt/ in seinem Abscheid dergleichen Fußstapsen zu seinem Andenken hinterlassen. Dom. Rupshon. in lit.

(2) Im Marienburgischen Schloß werden z. Steine bey einander gezeigt/ von welchen man erzählet/ daß es zwey verliebte Personen gewesen so noch ihre Versteinerung mitfistern Thänen beweinen/ und dieselbe recht deutlich fressen lassen. Idem. Naturale horum lapidum stillicidium ex refrigerato vapore oritur quem ventus appulit callidior. Nec tamen simpliciter negaverim postes aliquando per miraculum stillasse , ob exempla in Ephemerid. 173. Anni 1690. ex Bartholino recensita recocataq;

dam angulō simile , induruisse quendam seu Patris seu Sacerdotis imprecatione somniat. (3) Panem in lapidem conversum gemebundus miratur, qui silicem pani quadantenus similem in quadam porticu conspicit. (4) Molestam Lazari tabem metuit qui faxi partes prominulas levi quod ajunt brachio tetigit. (5) Ea est vulgi in historia la-

*Happelio Relat. cur. P.II. p. 176.*  
item *Tenz:lio Colloq. Menstr.*  
1690. p. m. 922.

- (3) Zu Bartenstein in der Johannis-Kirchen liegt ein Stein bey dem folgende Gegebenheit sich zugetragen haben soll : Eine Mutter gehet einsmahls mit ihrer mannaahren Tochter in die Messe die Tochter verlaget sich daß sie so schlecht in Kleidern gehalten wurde die Mutter solle seheu wie anderer Leute Tochter weit gepuzter und zierlicher einher gingen : Darüber ergrimmete die Mutter und entfahren ihr diese Worte : Beh he daß du zum Stein werdest. Alssofort ergehet dae Mutter Fluch in seine Kraft/ und sieht man noch die Tochter in einem Stein verwandelt. Sit fides penes autorem. Similia exempla referuntur affatim in Patria.
- (4) In coenobio Olivensi pendet in cistula sub reti ferreo lapis globosus fuscus mediocris quem

ex pane in silicem mutatum tradunt ea occasione quant ex Grunovio annotat Henneberger p. 339. der erklärten Land-Diesel & Hartknoch p. 435. des Alten und Neuen Preussens prostat vero ejusmodi exempla lapidefactorum panum & alibi ex Camerarii Cent. III. Op. Subciv : p. m. 126. & præcipue Valentini Museo Museorum P.II. p. m. 27. compertio.

- (5) Habuiimus scribit *Rev. Helwingius* (in observationibus ad nostrum Prussiae subterraneæ typum eruditissimis) ante aliquot annos in suburbio nostro Angerburgensi desitescentem lapidem per diametrum bicubitalem cæteroquin ulcerosum, protuberantibus undique ex crescentiis semicircularibus, quem super stitioña plebs ut lapidem maledictum metuebat. Opinabatur enim exulcerationibus in omnibus membris necessario corripi debere eos,

lapidum inertia. At nec docti semper in hoc argumento melius statuunt. Quibus non vetus quædam imponit opinio, aut experientiam suam præcipitant, aut futilem superstitionem arreptant. Si cui lapis minus vulgaris obvenit, non ex propria eum natura, sed ex quo nescio præjudicio æstimat. Originem ejus miram, miros effectus somniat, ut molestum sit errores audire singulos, iisque animi fores præcludere. Succumbit interim desiderata veritas jacetq; obtenebrata Historiæ naturalis portio, ut dignam præstare videatur operam, qui fabularum falsitatumque larvam ei conatur detrahere. Evidem per omnes qui volet vagari lapidum species, suspectasque eorum affectiones excutere, is quidem meo judicio Herculeum in se onus susciperet, cui fendo vires vix possit ministrare: ne tamen ideo omnis veritatis cura deficiat, feranturve erroris imperia, ubi possunt haberi quædam solidæ cognitionis privilegia, curandum ne minimum in indigenis reperiamur ignari, falsaque præjudicia imbibamus de iis quorum experientiam nobis concessit occasio meliorem. Nobis in Prussia plures se offerunt ejusmodi lapidum species quas multa vexavit hactenus supersticio. Ut igitur in his nostram exerceamus industriam, quoties id feret occasio, earum aliquas in patrio solo lubet ostendere, iisdemque, quo expendantur debite, præjudiciorum scorias abstrahere. Scopum labori veritatem præfigimus, veritatis igitur summae assistentiam, corumque quibus veritas in deliciis habetur gratiam expectamus.

A 2

OBSER-

qui hunc lapidem vel conscen-  
dere vel in eo confidere ausi  
fuerint. Cui opinioni cum  
alia causa naturali accedente  
eventus aliquando responderet,  
à superstitione sua aliter liberari

non potuit, quam ut hic lapis  
noctu credulorum oculis subla-  
tus fundamento muri tum tem-  
poris ad cœmeterium nostrum  
erigendi adaptaretur. H. J.

# OBSERVATIO I.

## DE A E T I T E.

## §. I.



Etites græco nomine ab ἀετός Aquila derivato latine *Aquilejus* (1) & *Aquilinus* (2). Germanice Adler. Stein dicitur lapis globosus subdurus obscurus & concavus colore vulgatissimo aquilæ candida cauda. (3) assimilatus. (4)

## §. II.

Vulgo à locis unde adfertur sumuntur illius differentiæ; (1)  
cre-

## §. I.

(1) Ita dicitur *Encelio* de re metallica p. m. 230. *Marpergero im Kaufmanns Magazin*. p. 12.

(2) *Le Grand* in curioso naturæ perscrutarore. p. 116.

(3) Pygargus seu Albicilla intellegitur vid. *Aldrovandi Ornithologiam*. P. I. p. 205..

(4) Ita nominis argumentum explicant post. *Plinium*, *Agricola* de fossilib. p. m. 267. *Becmannus Phys.* p. 440.

## §. II.

(1) *Plinius* l. 36. c. 21. Africanū, Ara-

bicum, Cyprī, Taphiū connumerat. Taphiū vero dum nominat non nomine proprio vocitat, nec Taphiū urbem fingit, sed tractum montis, seu asperæ insulæ. Taphiū innuit ut recte notat *Salmasius* in Exercit. Plin. p. 502. ed. Belg. Pharmacevtræ & Seplesiarii aetitas orientales & occidentales diversidunt ut patet ex *Christophori Helwichi Lexico Phys. Med.* it. ex ejusd. Exoticis curiosus nec non ex *Vielheueri Material-Cammer*. p. m. 33.

crepant & alii marem & foeminam ; (2) sed rectius pro discrimine alvi distribuuntur species. (3) Quidam qui propriæ aetites dicitur , lapillum habet in gremio peculiari nomine inclitum , *Calatum* lego vocatum à PLINIO (4) sed alii *Callatum* (5) corrigunt , alius (6) in *Collatum* torquet , quidam(7) *Coallatum* effert, optime SALMASIUS *Calatum* substituit , cum calatum inter nucleique colorem similitudo sit. (8) Saepè pro nucleo arena clauditur æque ac lapis sonum ciens. Quodsi alveolum terra adimpleat, *Geodis* nomen convenit ; si aqua inibi fluctuat *Enhydros* lapis appellatur.

A. 3.

(2) Ipse Plinius l. c. ex aliorum mente hanc distinctionem tradit. Foeminamque testatur reperi in Africa pusillum ac mollem intra se velut in alvo habentem argillam svaevam candidam friabilem ; marem vero provenire ex Arabia durum gallæ similem ac subrutilum in alvo habentem durum lapidem. Casp. Schwenckfeldt in Fossilium Silexiæ Catalogo p.m. 360. eandem distinctionem latius ad quosque aetas exten- dit & exæste rotundos lapides gravidos mares , argilla referens foeminas nominat. Non multum ab hoc abludit Kentemannus in Nomenclaturis rerum fossilium quæ in Misnia præcipue inveniuntur. p.m. 34.

(3) Ut præeunt in exemplis Fer-

rantes Imperatus lib. XXIV. c. 18. p. 736. edit. Lips. Geodes, lapide gravidos & ventres crystallinos seu enhydros recensens.

Valentini P.I. musei p. 63. J. Jac. Baierus Ορυχογραφία Nor. p.m. 32.

(4) In inscriptione Cap. XXI. lib. XXXVI. Hist. nat. p. m. 676. edit. Belg. 1668. in Oct.

(5) MSta. in margine textus Pliniani citata & cum his scriptores de lapidibus fere ad unum omnes..

(6) Schröderus in Pharmacœutica quem sequuntur hujus commentator Hoffmannus p. 171. & Helwich in Lexico Physl. Med. p.m. i. qui collimus & collimum usurpat.

(7) Casp. Schwenckfeldt l.c.

(8) Conf. Exercit. Plinian. l.c.

tur. (9) Contingit quoque liquorem in alveo exarescere  
uade *aetites inanis* exoritur quem *Lapidem Aquilinum tacitum*  
*non crotulantem* barbare quidara (10) nominat.

## §. III.

Dum gravidum aëtem asserimus insimul in hunc ordinem redigimus Macedonum *Pæntides* seu *Gemonides*. Ägyptiorum *Cifiten*, Medorum Arbelitarumque *Gafidane*. Nam quia & hi, ut docet AGRICOLA, (1) credunt mederi parturientibus *pæntides* vocantur, quia prægnantes quasi fiunt & pariunt alterum lapidem appellantur *Gemonides*, quia concipiunt *Cifite* nomen invenerunt. Et quamquam, pergit idem, quid significet extreum *Gafidane* vocabulum ignoremus tamen quia concipere dicitur & intra se partum fateri concussa, satis intelligimus etiam aëtem esse. Eundem & innuunt synonyma Chymicorum nomina, *Chrysolithos*, *Porphyrites*, *Chryschromus*, *Polychromus*, si *Hortstio* in his fides est. (2) *Gaxiten* (3) vero aut *Gagaten* (4) dicere ineptum & contra rei naturam est, errorque inde fors prosluit quod nomen *Gangites* quidam corruperint. (5) Est & Echites alia species. (6)

## §. IV.

- (9) Prætes *Dioscordiem* hoc obser-  
vatum volant *Agricola*, *Gesner-*  
*rus*, *Boetius* &c.  
(10) *Franciscus Cupani Supplem.*  
II. ad *Hortum Panormitan.* p. 51

- §. III.  
(1) Lib. V. de fossil. p. m. 268.  
(2) Qui talia refert in *Gesnero*  
redivivo P. II. p. m. 9.

(3) Hanc vocem lego in *Biel-*  
*heuers Material-Cammer* l. c.

(4) Hoc nomine aëtem insigni-  
unt quidam teste *Gesnero* l. c.  
& *Plinio*. l. c.

(5) Hæc conjectura est *Salmasii* in  
in *Exercit. Plin.* p. 177.

(6) Ut contendit *Encelius* l. c.  
p. 233.

## §. IV.

Variat aetitarum color figura & conditio. Noti sunt albi fusci ferrei lutei maculosi. (1) Magnitudo mox major mox minor deprehenditur. (2) Plerorumque figura globosa est, quorundam latiuscula, compressa, angulosa. (3) His cortex laevis & durus, his scaber mollis crustosus. Quidam in aquis stridet ac dissilit, (4) nonnullus manet indemnis. Est qui ex marga aniata refert odorem violaceum, (5) quo plane destituuntur cæteri. Includit alias silicem, (6) alias gemmam, (7) alias aliud rarioris lapilli mon-

## §. IV.

- (1) Rotundos ovo coturnicis similes vidit *Gesnerus* de fig. lap. p. m. 12. Diversi coloris alios notat. *Imperatus*. l.c.  
 (2) Ut observat *Valentini* P.I. Musei p.m. 63. Cujusdam quatuor librarum quem nonnemo curri Archiducis Austriaci non sine terrore Viennæ injectit, meminit *Anmannus* in manuduct. ad mat. med. p. 18.  
 (3) Rarioris figuræ aëtatas exticos, describit *Erasmus Francisci im Lust-Garten*. P.II. p.m. 1210.  
 (4) Post *Kentmannum* & *Gesnerum* hoc ipse observavi. Cum enim nuper actitem ut puto Misticum teretem rutilum aquæ injicerem post aliquem stridorē fissum extraxi apparente in al-

veo marga tenuissima eaque odorata quæ antea sonum excitabat.

- (5) *Etmillerus* com. Schröd. p. 296. & *Marberger* l.c. odorem lapidi ipsi videntur adscribere, sed utut *Valentini* P. II. Musei. p. 21. lapides nonnullos ejusmodi odore commendabiles esse confirmet, ætatas tamen ex marga tantum aut musco olere non modo per *Agricolam* lib. V. p. 267. sed per novam experientiam doceor.

- (6) Tales ætatas ad Albim legit statur *Boetius* de lapidibus p.m. 380.

- (7) Crystallinos fluores quadrangulares specie adamantium adhædere concavo ætatis cujusdam post *Kentmainum* l.c. p. 35. in exemplo quodam conspicio.

monstrum. (8) Nucleus subinde unus cernitur, subinde multus in cellulis. Hæret ex cortice modo medulla quæ modo soluta pulsitat. Terra Geodis alba, rufa, flava, varia modo rarior, modo crassior; arena *mox* grandior, *mox* tenerior coloris variis deprehenditur.

## §. V.

Trahit hæc aetitarum varietas ex vario solo originem. Quo fundus aut ager generosior eo & lapis inde petitus nobilior. Non omnis ex Oceani, Euphratis, Caucasi gremio promittur, (1) sed quævis eundem terra parturit. Mitterit aetatem Asia, (2) mittit Africa, (3) donat India, (4) &

ubi-

(8) Præter Chelonitidem *einen Muschel-Stein* / deprehendit in actite *Enceliae* silicem candidum subrotundum in longum durissimum quasi ad caput aliquius animalis adhæsisset, ut testatur l.c. p. 232. Callimum figura humana insignem observavit *Georgius Fabricius* cuius interpretem agit *Gesnerus* de fig. lap. c. XI. ex quo relationem sumpsit de *Lact* lib. II. Hist. Gem. p. 117. Lapillus perspicuus dilutioris coloris adest in aetite quem Elector Brandenburgicus in redditu ex Dania sublatum. Bibliotheca Berolinensi commendavit, & quem *D. Mentzelius* in Ephem.

Nat. Cur. Anni VI. Dec. II. descriptis, *Tintzelius* vero Colloq. menstr. Anni 1689. mens. Jun. p. m. 593. dentio celebravit.

## §. V.

- (1) Ut credunt quidam in *Gesnero Redivivo* P. II. p. 9.
- (2) Cyppri & Arabici meminit Plinius l.c. Alius Arabici & cujusdem ex insula Banda *Francisci* l.c. p. 1210. Armeniaci & aliis ex Palæstina. *Gesnerus* P. II. des *Thierbuch* p. 9.
- (3) Exempla nominant *Plinius*, & *Francisci* l.c.
- (4) Teste *Gesnero* l.c. Marpurgensis im *Raußmanns Magazin* p. 12.

ubivis fere exponit Europa, (5) Legit eundem WORMIUS in Dania, (6) in Umbria KIRCHERUS, (7) in Austria DALECHAMPIUS, (8) in Helveria SCHEUCHZERUS, (9) LACHMUNDUS in Hildesia, (10) in Mifnia KENTMANNUS, (11) SCHWENCKFELTIUS in Silezia, (12) in agro Norico BAIERUS. (13)

## §. VI.

Ad sunt & nobis in Præssia, quanquam quod sciam WENDIUS (1) primus indigenas nuper monstraverit. Occurrunt vero plures quærentibus. Cernitur ætites 1. *Flavus* lapide modo libero, modo adhærenti prægnans. 2. *Ferrugineus* flavo rubescente medulla lapidea gravidus, sæpe cellulosus variisque quasi loculis distinctus. 3. *Ferruginosus* asper nonnunquam lævis & subflavo fabulo refertus. 4. *Crustosus* rufus rarioris texturæ terram luteam continens.

B

5. Fer-

- (5) Ut patet ex Agricola lib. V. p. 267. Bootio, Encelio, &c.
- (6) Vid. Museum Museor. p. 77. seq.
- (7) Ut testatur lib. de arte magnet. p. m. 647.
- (8) Vid. notas ad Plinii l. c.
- (9) Schweizerische Natur-Geschichte.
- (10) Vid. ὁρυκτογενεῖαν Hildesianam.
- (11) Vid. Nomenclat. foss. l. c.
- (12) Vid. Catalog. foss. Silesiæ. pag. 360.
- (13) Vid. ὁρυκτογενεῖαν Noricam.

## §. VI.

- (1) Fuit hic M. Georgius Wendius Gymnasii Thorunensis Rector & Prof. Publicus, cuius est naturæ pictricis Specimen Thorunense seu disputatio de figuratis quibusdam lapillis prope Thorunum in Viftalæ præterlabentis littoribus collectis Thorunii 1704. In duobus foliis in Q. impressa, ubi & ætitarum mentio injicitur. Vide de hoc Wendingo ejusque scriptis *Prætorii Athenas Gedanenses*. p. 222. seq. Novaliteraria Lubecensia Anno 1705. p. 308. seq.

5. *Ferrugineus* seu *Geodes* glebam subtilissimam albam friabilem comprehendens. 6. *Albus Boosii* (2) specie sterco-  
ris canini. 7. *Subater* glaberrimus colore plumbaginis so-  
lidus quidem sed ex crustis distinctissimis quasi compositus  
quem Hopliten rectius dixerim quod extra velut arma  
politus sit. (3) 8. *Inanis*, alter usque quoque luteus alter  
*Ferrugineus* in cavitatis superficie flavescentes.

## §. VII.

Servant quæ alibi & nostris in terris ætitæ incunabula.  
Prominent ex agri, (1) lacus, (2) fluvii, (3) fabulo. Sed  
nobilior aquæ foetura est. Quos ager genuit molles fuscæ  
& fabri sunt, (4) quos aqua duri, laeves, & flavi. (5) Singuli

(2) Vid. illius lib. de lapid. p. 381.

(3) Ita vocando dicit lapides quo-  
rum superficies armis assimila-  
tur politis *Gesnerus* de Fig la-  
pid. p. 87.

## §. VII.

(1) Praæ cæteris ætitas fert agellus  
arenarius hic Regiomonti pone-  
templum Haberbergense situs.

(2) Ad lacum recentem am *Fri-  
schn Haff* larga ætitarum  
seges est. Nec deficiunt in re-  
liquis Prussiae stagnis. Ad Lacum  
Steinortensem, Angerburgo vi-

cinum curiosiores reperit Dr.  
M. Helwing. Similes observant  
alibi.

(3) Ad Vistulam ætitas legit *Wine-  
dius* modo citatus.

(4) Quia succo lapidifico multum  
pulveris admiscetur in agris.

(5) In littoribus succus lapidificus  
est limpidus & facile se po-  
ris lapidum etiam minutioribus  
insinuat, ut intensior fiat eorum  
soliditas & durities. Luteus  
vero color martem prodit quem  
modo largius modo parcus  
continere videtur lapis.

guli vero raro comparent integri, (6) rarius rotundi, (7) raffissime resonantes. (8)

## §. VIII.

Ortus non omnium similis. (1) Qui silicem aut diversi generis lapillum continent, corticem ex materia lapidi circumfusa & indurata habent oriundum, in quo liber lapillo motus est si spatum sibi in cortice adhuc udo sua gravitate distenderit. In quibus callimus durior mobilis, aut arena, in his glebam sicciam aut quandam arenae globum fors apprehendit massa madidior quæ obvoluta & constricta tandem in corticem abit, in quo mota arena dissolvitur, aut gleba haud raro per calorem soluta sensimque attrita spatium obtinet vastius. In quibus medulla faxea pressa adhaeret cortici, aut crusta crustam complectitur; defluens succus lapidificus prehensam glebam vertit in lapidem novisque affusionibus obtexit crustis, sibi invicem adha-

B 2

ren

(6) Hoc inde fieri reor, quia calore solis arefacti aquam forbent avidissime à cuius præcipiti insinuatione textura lapidis dissolvitur.

(7) Irregularis extitarum figura mihi ex regionis nostræ crassiori & dissimilari pulvere videtur derivanda. Hic enim cum glebas exponat scabras & irregulares superveniens iis succus non potest regularem crustam induere. Fateor tamen & inclusum poroso nucleo calorem

sæpe corticis dispositionem in æquali operatione deformat.

(8) Hoc itidem ex materia vitio est, quia enim cortex est porosior cum humore limum tenuiore transmittit qui lapide contentum cortici agglutinat & sæpe in ipso lapidefecit.

## §. VIII.

(1) Aliter atque aliter eum expllicant *Scaliger* de subtil. cont. Cardanum Exercit. CII. n. 2. p. 257. *Agricola* l.c. p. 62 & 375. *Gesnerus Redivivus*. P. II. p. 9.

rentibus, quod subtiliores petreſcentis limi particulae hiantibus superficieſ subjacentis poris ſeſe inſinuent. Quod aqua ſervetur aliquibus, & quidam prorsus inaneſ ſint, hinc mea opinione provenit, quod glacieſ ſæpe acquirat corticem qui induratus guttam calida tempeſtate diſfluentem ſenſim per poros transmittit niſi fors obſtruantur densius. Sudare in loco calido ejuſmodi Enhydron quidam (2) hiſ verſib⁹ innuit.

Perpetui fletuſ lachrymas deſtillat Enhydros.

Qui velut ex pleni fontis ſcaturigine manat.

Sed fallax illius experimentum eſt. Maſeſcit glabra lapidis ſuperficieſ ſi caliduſ vapor illius frigore condenſatur & liquor inſluſus non ita guttaſim effluit ſed ſenſim ſeſe ſubducit.

#### IX.

Jam commonſtrandaſ p̄ejudiciorum fabularumque ſyrtes ſunt. Fallunt qui dicunt ætitem nido inferri ſeu ab aquila (1) ſeu à Vulture. (2) Quicunque enim haec perhibent omnes auriti teſtes ſunt. Et quæ non horum diſſenſio? Quod alter variis mavult adſcribere aquilis, id alter (3) ſoliſ attribuit barbatis. Hic lapideſ quæri à maſculo, (4) hic

2) Ap. Encelium lib. III. de Lap. & Gem. p. 231.  
§. IX.

(1) Veluti p̄teſter Lucanum. Plinius lib. X. H. N. c. 2. Aldrovanduſ Ornithologię P. I. p. 5. lin. 19. Francifei P. II. des Eust. Gartens p. 1214. Laurembergius qui tradit de Laplandis quod

aquilaſ ejiciant hos lapides ex nidiſ. ap. Hoffmannum Clav. Schređ. I.c.

(2) Ex Hieronymo hanc ſententiam ſuxit Stephanus Aquaeus ap. Aldrovandum Ornithol. P. I. p. 247.

(3) Plinius lib. X. H. N. c. 3.

(4) Ita quidam in Geſnero Redivivo P. II. p. 9.

hic ipsam sibi attollere foeminam autor est. (5) Jam lapidem unum (6) jam duos sexu diversos numerant. (7) Quorundam velox ingentium mares ex Asia foeminas vero ex Africa repetit. (8) Cur lapidem servet multi ut aquila nesciunt. His ut promoveat partum, (9) his nidum gravet expeditur. (10) His ova fervida refrigerat; (11) his praefat prolem à veneno liberam; (12) his nidum tueretur à colubre. (13) Et quos non lapides comminiscuntur additos. Quoscunque nido voluit FLORUS injicere. (14) Achatem alias pullis supposuit. (15) Amethystum Hieronymus (16) addidit. Proh! quæ hinc lapidum strues exoritur. Tantone pollet avis ingenio ut possit gemmas eruere è latebribus? Cur non & nostri gemmas aportant aquilæ? Aut unde conquirent easdem? Fors de longinquis mentiri videtur tutius.

## §. X.

Videant ergo ne fumum pro medicina venditent, qui  
B 3 aeti-

- |  |  |
|--|--|
| (5) <i>Le Grand</i> in cur. nat. perscrut.<br>p. 116.  | p. 33. <i>Admiranda Sinæ</i> . p. 1042.<br><i>Jonston</i> . <i>Thavmatographia nat.</i><br>p. 240. <i>Schorti Phys.</i> <i>Curios.</i><br>lib. IX. p. 935. <i>Aldrov.</i> P.I. <i>Or-</i><br><i>nithol.</i> p. 36. |
| (6) <i>Plerique de lapidibus &amp; aquि-</i><br><i>la scribentes.</i>  | (12) <i>Helwiche's Lexicon. Medico-</i><br><i>Phys.</i> p. 1.  |
| (7) <i>Præunte Plinio l. c.</i>  | (13) <i>Ita quidam sentiunt ap. Boea-</i><br><i>tium</i> . l. c. p. 375.   |
| (8) <i>Ut scribit Plinius l.c.</i>   | (14) <i>Teste Vossio l.c.</i>  |
| (9) <i>Teste Plinio l. c. cum quo</i><br><i>confer. Gesnerum, Boet. l.c.</i>   | (15) <i>Teste Encelio de re metall.</i><br>P. I. p. 36. p. 233.  |
| (10) <i>Itavsum olim Ægyptiis te-</i><br><i>ste Vossio lib. VI. de Idol. c. 23.</i><br>p. 269. & <i>Aldrovando Ornithol.</i><br>P. I. p. 36. | (16) <i>Tom. IV. lib. in Esiae c. 65.</i>  |
| (11) <i>Vielbeueri Material-Gammer</i>   |  |

aetitas ex aquilæ praxi amuletum prædicant in partus, æstus, venenique periculo præsentissimum. Quem usum possit ætites præstare parturientibus? si aliter atque aliter inquis applicetur foetus in utero confortat, retinet, protrahit. Confortat solidus umbilico appositus, retinet sinistro brachio junctus, promovet ejusdem lateris femini alligatus. Sed quando partus jam excidit, confestim lapis amovendus est ne & matricem extrahat. Hæc multo cum aplausu perhibes. At qui ejusmodi experientiae testes sunt? Suspecta multis capitibus DIOSCORIDIS (1) & SERAPIONIS (2) est autoritas. PLINIUS (3) agit Historicum eumque superstitiosum, dum lapidem pelle sacrificatorum animalium cupit vestitum. SYLVIUS (4) attenit rumori. LEMNII (5) atque WORMII (6) de rentento foeti per aetitem commonstrante AMMANNO (7) vacillat observatio. Unico VALERIOLÆ (8) de utero avulso experimento lubrico & fallaci aliud AMATI LUSITANI (9) obstat. Cæteri (10) his subscripere nescii. Prodit se quoque per plures difficultates ejusmodi

## S. X.

(1) Vide quid in Dioscoride de sideretur ab Eruditis in *Dan.*

*Clerici Hist. medica partis III. lib. II. cap. 2.*

(2) Vid. *Clericum.* l.c.

(3) l.c.

(4) Ap. Horstium *Gesneri rediv.* l.c.

(5) De occultis nat. miruc. p. 558.

(6) Mus. Mus. l.c.

(7) *Manud. ad Mat. Med. p. 18.*

(8) *Locorum commun. medicinæ.*

(9) In notis ad *Dioscoridem* lib. V. n. 150.

(10) *Kireberus de arte Magnetica* p.m. 647. *Schottus Phys.* Cur lib. IX. p.m. 935. *Tentzelii Colloq. Menst.* Anno 1689. p. 595. *Vossius de Idololat.* l.c. p. 169. *Jonsoni Thaymatograph.* l.c.

modi experientiae futilitas. Quæ quæso parturientibus ætatis species commendabitur? Inanem DIOSCORIDES, lapide gravidum alii, (11) Geodem WORMIUS, quidam (12) cu- jusque generis ministrarunt. Nido direptus cæteris fertur generosior, (13) at ubi talem exquires amplius? An ruditis, politus an armatus adhibebitur? (14) An pubi (15) alligan- dus an femini (16) ut partum posit elicere? Quæ propria lapidis virtus est, solvitne pellit, an protrahit? Cur tenet foetum per brachium, cur fortat per umbilicum aut pectus, protrahit denique per femur? Quid credis trahere (17) la- pidem, foetumne solum an uterum? si foetum, quare & uterum abripit? Si uterum, dicas cur appetat modo prægnan- tem? Cur non & protrahat viscera materno utero ho- mogenea? Et proh quam vehemens fertur attractio! mi- nutulus uterum, foetu, secundinis, sangvine, lympha onu- flum tanta violentia eruet ut vincula uteri rumpantur vali- diffissima. (18) Magnetem aetites hoc casu in attrahendo su- perat, quo cum eundem conferunt. (19) Anne vero ut ferrea magnetis ferrum trahentis, sic carnea ætatis carnem

ap-

(11) Bacetus de Gemmarum nat.

c.38. p.212. Agricola ex sent. aliorum p. 269. Kircherus l.c.

(12) Vid. Gesnerum redivivum. pag. 9.

(13) Vid. Gesnerum, Encelium, Agricolam ex Plinio l.c.

(14) Variant haec de re sententiae. vid. Gesnerum redivivum. l.c.

(15) Ut tradit Vielbener in der

Material-Cantmet. l.c.

(16) Ut vult Dioscorides & cum eo Wormius l.c.

(17) Trahere lapidem putat Lemnius l.c.

(18) Vide hanc in rem Sam. Dale mineralog. p.89. Ammannum

l.c. pag.17. Valentini museum P.I. p.64.

(19) Ex aliis Lemnius l.c. p.558.

appetentis deprehensa substantia? (20) Siliceus cortex, siliceus s<sup>e</sup>pe & nucleus in optimis aetitis advertitur. (21) Silicesne ergo valebunt commovere uterum? Quid utero commune cum lapide? Si praeognans signatura quid indicat, & fabae nubesque erunt amuleta parturientium. (22)

## §. XI.

Non minus absone de acetite configitur quod æstrum aquæ refrigeret. Nam unde comperta lapidis ejusmodi facultas est? An quia ab aquila scribunt innidificari ideo, quod ebullientia ova refrigeret, illico & aquæ fervorem mitigat? Cui unquam suarum actionum rationem dedit aquila? aut quis virtutem lapidis in se expertus est. Qui talia cupit orbi obtrudere ex æstuante aheno lapidem prius extrahere digitis audeat, quam aliis anceps dolorosumque experimentum commendat,

## §. XII.

At is ab experimendo prorsus abstineat, qui credit lapidem posse venenis resistere nec ferre ut cibus capiatur infectus ē patina cui occulte jacet suppositus. (1) Quam falsum enim est aquilam pullis hoc amuletum contra infectionem ad-

(20) Hoc argumentum urget Horstius in *Gesnero Redivivo* p. 9.

dicina lib. IV. cap. 57. pag. 556.

§. XI.

(21) Vid. D. Chr. Warlitzii museum curiosum & auctum Nicolai n. 2.

Quod notat *Gesnerus Redivivus*. P. II. p. 9.

§. XII.

(22) Conf. hâc occasione Prime profundi de vulgi erroribus in me-

(1) Fabulam narrat post Bootius p. 379. *Albertum Magnum*.

addere , tam falsum aëtitem , ne devoretur lethiferi quid  
vetare.(2) Fascinis tum demum virtutem subtrahere aëtites  
dicendus erit , (3) cum aquilam fascinantium oculos agno-  
scere , talique lapide hebetare erit compertum. Serpen-  
tem fugare quod falsum sit , (4) aperte fatis cognoscimus  
dum medios inter aetas viperas habitare conspicimus. Di-  
cam interim qua ratione colubrem terreat , amorem quoq;  
& opes augeat ? Projectus in fugam dat angues ; donanti  
gratiam parat : & si quis rarius obvenit , tantum pecuniae  
domino adjicit quantum illius est pretium. (5) His technis  
plebem agyræ decipiunt , qui ut res leves caro divendant ,  
vires earum celebrant plane stupendas. (6)

## C

## §.XIII.

(2) Conf. Valentini museum. P.I.  
p.64.

(3) Refert hoc præjudicium Aldro-  
vandus Ornithol. P. I. pag. 47.  
lin. 50.

(4) Notamus hoc contra relatio-  
nem Bootii p.378.

(5) Quod definit Bootius l. c.  
p.380.

(6) Exemplo sit radix quædam  
humano palmo similis quam sub  
nomine Pilatus und S. Joh.  
Wurzel addita hac scheda qui-  
dam circumforaneus Ratisbo-  
nae quondam licitabat : Von  
der wunderschmen Pilatus

und St. Johannes - Wurzel /  
welche durch grosse gefähr-  
liche Mühe aus der Erden  
gegraben wird.

Erstlich ist diese Wurzel eine  
solche Kunst / wenn ein Mensch  
dieselbige bey sich träget oder  
eingenehet / vor die Hexen und  
Unholden / Manns- und Weib-  
es-Persohnen daß kein Mensch  
kan bezauert werden / es sey  
Jung oder Alt.

Zum andern / ist diese Wur-  
zel eine bewehrte Sach / wenn  
die Leute des Nachts ihre Ruhe  
nicht haben / es seyn Alte oder

## §. XIII.

Mirabilis certe furem inter ac aëtitem antipathia traditur. Furto suspectis panem ætitis pulvere mixtum porrigitur, ut ex difficulti commestione facinus possint colligerentur.

Junge/ Manns- oder Weibes Personen/ welche von Leuten seyn berusseten worden/ nur etwas auf glüende Kohlen geworssen/ den Rauch in die Betten oder an Kopff gehen lassen/ eitliche mahl nach einander/ es hilfft.

Zum Dritten/ ist es gut/ wenn ein Mensch den Rossen dieselbe in den Baum oder auf das Geblüß ins Maul nehmet/ auch dem Kind/ Vieh an die Glocken/ Biegel/ so kan kein Vieh berusseten oder bezaubert werden/ es behält auch seine Kraft und bleibt bey gutem Leibe/ wosfern aber ein Ross und Vieh allbereit berusseten oder bezaubert wäre/ soll man es damit beräuchern/ es hilfft.

Zum Vierdten/ es ist auch eine gewisse Kunst denen Leuten/ die das Fieber lange Zeit gehabt hätten/ und ihnen sonst keine Arzney hätte helfen wollen/ die sollen diese Wurzel mit ei-

nem Zwirtus/ Faden am Halse hengen/ wann das Fieber kommen will/ und 9. Tage anlassen/ den 10. Tag vor der Sonnen Aufgang soll man's wieder abnehmen/ und ins Feuer oder fließende Wasser werßen.

Zum Fünften sollen die Leute diese Wurzel unter die Thür-Schwelle graben/ da die Menschen und Vieh aus und eingehen/ so seyn die Menschen und das Haus sicher vor Bezaubering.

Zum Sechsten/ wenn ein Mensch auf Hochzeiten/ Kindstauffen und Gasterreyen ist/ sollen sie diese Wurzel unter das Eische-Dach legen/ so kan kein Mensch/ welches eine Hex oder Zauberin ist/ bey dem Eische sitzen bleiben. Similia encomia sine fronte appenduntur Glosopetris, oculis natricis &c. ut videre est ex Valentini Museo. P. I. passim.

re. (1) Ex DIOSCORIDE (2) hoc didicisse videntur Græci quorum Monachi mirum in hoc artificio sibi placentes, furem dum volunt deprehendere, omnes ut narrat BELLONIUS (3) suspectos advocant, massam pinsunt sine fermento, variaque verba admurmurant, deinde ex massa panes ovi magnitudine conficiunt singulisque qui convenerunt ternos devorandos nullo potu addito præbent, quorum tertium sur devorare non potest, ac parum abest si conetur quin stranguletur. Ut vero hoc detestabile furum examen est. (4) Ita futilis plane & superstiosa ei substernitur aetatis proprietas. Cur quæso lapis persequeretur furem? Cur fauibus se accommodaret bonis? Hæret nonnunquam panis in gurgite non ex admixti pulveris virtute, sed ex deliquio hominis exorcismi atrocitate perculsi. Quo medio Franci & Saxones simplicis panis caseique comeditionem suspectis olim reddebat difficilem. (5) Prævias scil. imprecations (6) dum audit maleconscius angorem animi cōcipit

C 2

## §. XIII.

- (1) Resert hoc *Baccius*. l.c. p. 172.  
*Bootius* l. c. p. 378. *Hofstius* in  
*Gesnero Redivivo*. l.c. *Hoffmannus* in Clave Schröderiana  
p. 172.
- (2) vid. lib. V. dæc med. c. 118.
- (3) Observ. lib. II. c. 23. non lib.  
XX. c. 13. ut vitiose descriptis  
ex *Bootio Hoffmannus* nam tamen  
tres obseruat. libri extant.

- (4) Judice Tentzelio l.c. p. 596.  
*Bootio* l.c. *Tentzelio* l.c. allegatos  
(5) vid. *Baluzium* in capit. Reg.  
Francorum. du Fresne Gloss. lat.  
tinit. *Menagium* in Historia de  
Sable. *Tentzelio* l.c. allegatos.  
(6) Franci & Saxones hac inter alias  
utebantur precatione: Ostende  
Domine tuam misericordiam ut  
qui hoc furtum admisit, panis  
vel caseus iste fauces nec guttur  
ejus transire possit.

cipit, tremorem corporis advertit, virium denique defecatum eum persentit, ne possit cibum stricto gutture degescere.

## §. XIV.

In frequentatam lapidis descripti medicinam (1) inquirere, ejusque efficaciam ad sanioris experientiae limam revocare à nostrâ provinciâ alienum est, taliaque si experientur rectius, quibus occasionem medicæ præxeos altior facultas aperuit. Id interim in aurem sibi dictum accipient medici, (2) quod terræ sigillatae vires non omni aetiti convenient, quippe qui non semper terreæ sed saepe martialis saepe siliceæ sese offert substantiæ.

## OBSER-

## §. XIV.

- (1) Quam prædicant *Bootius* p. 378. *Aetius* lib. 2. *Tetrabi.* c. 32. *Horfius* in *Gesnero* redivivo. l.c. *Bauschius* tractatu de *Hæmatit.* & aetite &c. *Hoff-*

- mannus* in clave Schrederiana p. 171. *Wormii Museum* c. 12. *Ruceus* de gemmis p. 65. &c. (2) *Sentientes* cum *Ammanio* l.c. pag. 18. & *Baiero* οὐαὶ γεαφ. l.c.

# OBSERVATIO II.

## DE BUFONITE.

### S. I.

Uæ lapidem in busone inquirit opinio multos errores genuit. Bufonios cogitans, qui nescit rerum discrimina hoc nomine glebam suscipit, quam nequit proprio insignire. Hinc GARATRONIUM (1) ASTROITES (2) ECHINITAS (3) C 3 BRON-

(1) Confundit Garatronium cum Bufonite *Boetius p. m. 301.* reclamantibus *Ferrando Imperato lib. XXIV. Hist. nat. c. 25.* & *Job. de Laet. de gemmis lib. II. c. 1. p.m. 100.*

(2) Servaverat hic Regiomontii familia lapidem ut dicebat bufonium multis in morbis salutarem, quem cum mihi exspectarem ac curate in spicerem, gypsum stellata superficie conspicuum esse deprehendi.

(3) Oriuntur hi quando in Echini marini testa succus lapi-

descit, corticemque diffractum exuit. Unde pro variis Echinitarum speciebus, de quibus *Jonstonus de Testaceis. p. m. 52.* *Bonani Recreatio mentis & oculi p. m. 92.* & Echinitorum figura varia ut videre est ap. eos qui de petrefactis data operâ egerunt, veluti *Valentium P. II. Musci p. 12.* *Bairum ὄγκον οὐρανόφ.* *Noricae p. 70.* *Luidum Lithophylacii Britanici Ichnographia. Clasie VI.* Miror ejusmodi lapidum in ci- vium mcorum manibus tre-

BRONTIAS, (4) ova angvina, (5) & quos non lapides  
alios(6)bufonitas fallo vocatos memini. Alius hoc paulo cir-  
cumspectior, Bufonios Boraces, Myexes, Batrachitas, Cra-  
po-

quentiam, dum eos in patria  
natos nondum expertus sum.  
Communi errore habentur  
pro bufoniis, nec raro fabulosa  
relatione involvuntur. Ostende-  
bat nuper lapidem juglandis  
magnitudine ex suboscura fla-  
vedine pellucentem Fautor qui-  
dam curiorissimus, quem nar-  
rabat ante plusculos annos hic  
Regiomonti ea occasione in-  
ventum: In cella familie cu-  
jusdam celebratissima deficiebat  
cerevisia ex vaseculo tonnae sup-  
posito, licet nemini nisi cella-  
ris hoc observanti accessus  
concederetur. Res delata ad  
Dominum gliribus videbatur  
imputanda, quare & his strue-  
bantur insidiæ. Deficiebat vero  
cerevisia etiamnum licet nulla  
glirium vestigia comparerent.  
Attendere ergo iussi ante fores  
servi, audiunt cerevisiam abfor-  
beri cum strepitu, consertim  
ad moto lumine irruentes, fugi-  
bundum bufonem opprimunt &  
producunt. Inspectus hic lapi-

dem seu in capite seu in ventre  
continuit, in quo & pale vesti-  
gium monstrabatur. Per ter-  
tiam manum hunc lapidem Fau-  
tor accepérat à medico cui fa-  
ctum exponens familia tum su-  
perstes olim donaverat. Hære-  
bam fateor, cum nondum in-  
specto lapide hæ circumstantie  
narrarentur. Sed fraudem fabu-  
lamq; dispulit inspectio. Figu-  
ra enim cono depresso stellata  
basis & fovea, sulcata latera &c.  
echiniten illico prodiderunt.

(4) Brontias appellari Bufonios  
patet ex Olearii testimonio in  
der Götterpischen Kunst-Camo-  
mer p. m. 33. Cæterum quæ  
Oleario Brontias dicitur lapidis  
species & Wormio in Museo mus.  
Item Jacobæo Musci Danici p.m.  
35. descripta legitur.

(5) Hæc describit Boerius p. m.  
302. collat p. 486. ad bufonios  
referri tradit Valentini P.II. mu-  
sei p. 12.

(6) Sunt lapides hemisphærici la-  
tei pro luminis varia receptio-

podinas, eos tantum appellat lapides, quos nomine proprio destitutos communem cum bufonibus colorem & locum servare deprehendit. Veniunt inde in censum lapilli I. rotundi fusi & scabri durissimi, quorum substantia est quasi vitrea durissima reluceens, quasi è terra cocta & invitreata facta esset sine transparentia. (7) II. Rotundi albicantes foveculis in superficie pluribus distincti (8)

## III. hemi-

de rufum, viridem, flavum colore mentientes, gemmariis audiunt vires Elementen-Stein. Opali ignobiliorum speciem habeo, hos plus vice simplici probufoniis susceptos memini. Video & in Jacobei libello de Rannis & lacertis p. m. 89. bufonitas sive Boraces dici lapillos bulbularū instar in parte aversa cavos. in altera convexitate protuberante instar speculi convexi coloris ex fusco pallentis, cuius generis quandam per liberalitatem Excell. Dn. Bleasingii Fautoris Honoratissimi impetravi, maiores v. ap. Gemmarios hujus loci vidi ita adaptatos ac si deberent esse amuleta mulierum. Oculo cœruleo in signes, quosdam & in matrice faxea latentes habuit. *Franciscus Calceolarius* ut apparet ex illius museo.

(7) Duos ejusmodi alterum ex Elbingensi alterum ex Bartenstei-

nensi agro asservo quibus aperte convenient descriptio quara ex Valentini museo P. I. p. 64. repetit Marperger im Rauffmanns Magazin p. 708. Distingvo ab his lapides fuscos rotundos majores, vulgo similiter Bufonitas dictos, quorum substantia est mollior, porosior, superficies maculosa & punctata spiculis quasi ademptis. Hos enim ad Echinitas resero & ab Echinis Balticis accresco quos descripsit ex Gesnero *Jonstonus* l.c. p. 52. Conspiciuntur tales passim in Prussia ipseque per Amicos non ita pridem duos non addito natali loco obtinui. Suspicor à nautis eos inferri aut per maris impetum in littus quandoque projectos à curiosis attolliri.

(8) Talem sub Bufonitis nomine misit Rever. Job. Riedelius Pastor Sorquitensis, cui notas

III. hemi-sphærici albissimi & solidi (9) IV. convexo-concavi coloris fusco pallentis, (10) V. orbiculares depresso ejusdem cum cavis hemi sphæricis substantiæ. (11) Quorum ceu proprium haberi solet criterion, quod in aquis bullas excludant copiosissimas.

## §. II.

Dicerent liceret lapides tales bufonios, quibus est aliqua cum bufone convenientia. Nec tamen eorum initia ad ranas revocanda, nedum indicia minus certa erant propalanda. Ebullit in aquis lapis quicunque alias dummodo poros vel scrobeculas habeat; Bufonii vero adeo certus in bufone ortus est, quam hujus ex putrefacta materia proventus. (\*)

## §. III.

Quemcumque generationis modum quis proferat in commodum tamen & suspectum confingit. Sive cum nonnullis sputum fuisse existimet, quod squalido regi coronæ loco

ad nostrum Prussiæ Subterraneæ  
Schematismum in acceptis fero  
laudandas. Similes vero lapillos  
& hic Regiomonti penes Tem-  
plum Haberbergense sustulii.

(9) Hos propria manu legi in  
monte avenario.

(10) Quales complures asservo, &  
majori adhuc in copia vidi pro-  
tractos ex hortis & agris Patriæ.

(11) Ichtiospondylum hunc dicere  
nisi prioris generis lapilli  
hujus substantiam & generatio-  
nem manifestarent.

## §. II.

(\*) Refellunt generationem ranarum ex patri Jacobus de ranis starim cap. 1. Christian Franz Paullini P. I. der erbaulichen Zeitschriften Lusi p. 267.

loco imposuit Batrachorum exercitus, (1) & regem finit Chimæricum & generationem lapidis monstrosum. Sive cum aliis eructatam à bestia massam perhibeat, (2) ad risum circumspectos sua relatione commovet. (3) Sive cum aliis in cerebro bufonum veterum generari molem conjiciat, (4) nec bufonitas nec bufones unquam sensibus usurpassæ eum oportet. Sive denique cranium antiquioris ranæ cum nonnemine (5) habeat, qua ratione rotundos, solidos, irregulares sibique ex figura & substantia raro similes bestiæ possit accommodare non video.

## §. IV.

Magis se implicant, qui in Chelonio seu Testudine hanc massam latitare arbitrantur. (1) Haec tenus enim id nullo experimento probatum est. Chelonitidis quidem in

## D

## s. III.

- (1) Hæc sententia notatur in Valentini museo P. I. p. 64. ex Hoffmanni clave Schröderiana pag. 646. Jonsoni Thavmatographia p. 328.
- (2) Quod asserit Aldrovandus. de quadrupedibus oviparisi.
- (3) Portam lib. 8. Mag. c. 9. Bootium l.c. Jacobaeum l.c. p. 85.
- (4) Quam opinionem referunt Horstius in *Gesnero Redivivo* p. 385. Valentini l.c. pag. 64. Jacobæus de ranis p. 85. Hartnacius admirand: Phys. p. 400.

Camerarius Cent. L Op. Subcis: p. 351 Kircherus de arte magnetica p. m. 560. Le Grande in Curios nat. perscrutatore p. 344. Schwengfels catal. Foss. Siles. p. 573.

- (5) Jacobæo scil. hoc afferente in museo Danico pag. 35. it. Observ. de ranis p. 87.

## §. IV.

- (1) Videtur hujus sententiæ fuisse Cardanus qui Bufonitem Chelonitem appellavit reprehensus ideo à Scaligerio de Subtilat. p.m 419.

historia lapidum haud infrequens appellatio ; at hæc à simili testudinis testa non generatione transfumitur , eique lapidi tribuitur , qui tantum distat à bufonio quantum testudo à bufone . Ex confusione igitur animalium , fictaque lapidis hujus in animali origine enatum videtur præjudicium , quod magis deturpat Kentmannus . (2) Bufonitem appellans Chelidonium nescius quid inter  $\chi\acute{e}\lambda\acute{i}\delta\alpha$  &  $\chi\acute{e}\lambda\acute{a}\omega\pi\pi$  inter sit .

## §. V.

Neque vero & ea dubio caret sententia quæ Bufonitas marini lupi (1) mandibula dentium instar exacuisse contendit . (3) Quæ enim ex lapillorum discrimine lupinis dentibus assimilanda species ? (3) Quare Bufonii iis reperiuntur locis ubi nulla marini lupi habitatio ? (4) ubi mare est

(2) In Nomenclat. fossilium p. 52.  
§. V.

(1) Cujus effigiem tradit Jonstonus de piscibus tit. XLVII.

(2) Seqvuntur eam Merret in Pinacæ rerum natural. Britannica-  
rum p. 210. *Luidius* in Ichno-  
graphia Lythophylacii Britan-  
nici classe X. qui aliqua mandi-  
bulorum lupinorum fragmenta  
dentibus talibus stipata ostendit .  
Nolo Virorum curiosissi-  
morum experientiam simplici-  
ter rejicare , concedo potius  
occurrere quandoque luporum  
dentes lapideos ; interim lapi-

des simili figura conspicuos  
non omnes dentibus petrefactis  
connumerare audeo quia  
nostræ qui figuram iconismi  
Luidiani recipiunt Lupis nunquam  
inhaberunt .

(3) Dantur rotundi , orbiculares ,  
hemisphærici , depressores , al-  
tiores .

(4) Eorum lapidum quos præce-  
teris dentibus comparaveris ,  
unum ex pago Szabienec An-  
gerburgo vicino à rustico arato-  
re , aliud ex Sambia citeriori  
aliud ex Pomesania accepi . Plu-

est remotissimum ? ubi nulla inundationis marinæ memoria ? A diluvio universali relicta quidem in terraquei globi visceribus diversi generis animalium cadavera lapideam permutationem pertulisse accipimus ; at ubi lupum marinum sepultum audio vestigia ne dicam dentium exempla copiosiora desidero. Adhæc vel ipsa bufoniorum substantia ejusmodi permutationem refellit (5)

## §. VI.

Ineptiunt qui pluviam aut tonitru bufonios dejecisse existimant, indeq; Umbrias. (1) Brontias, Ceraunias (2) appellant. In pluvia enim lapides generari hactenus inauditum ? Fulmen lapides exactiores porosos sæpe levissimos dejicere, ab eorum sententia alienum, qui lapidem fulminarem concedunt. Tacco me ibi deprehendisse bufonios quorundam nec pluviae nec fulminis unquam penetraverat impetus. (3)

D 2

§. VII.

res in Bartonia collegit Rev.  
Helwingius ut testatur in obser-  
vat. cit.

(5) Quidam horum lapillorum sunt solidissimi nullis ductibus aut striis notabiles quibus ossa petrefacta gaudere solent. Possum & quendam ex Excell.  
*Dn. Blæsingii* manu traducem ostendere, quena medium à basi usque per convexum lapillus degener transit cætera tamen

lapillis bufoniis exakte confor-  
nem, hunc qui aspicit nu-  
quam dentem fuisse confidet.

## §. VI.

- (1) Quam appellationem repetit  
*Jacobeus Musci Danici* p. 35.  
*Kentmannus* l. c. p. 29.  
(2) *Schwencfelt* in catal. fossil. Si-  
les: p. 372.  
(3) Sub faxo quodam qui delituit  
lapis in profundo mihi obvenit.

## §. VII.

Rectius pro fossiliū seu veri lapidis specie bufonites accipitur. Neque tamen in mineris eundem generari dixerim, (1) quas ex vestigio nullo agnoscimus. Nec Saxis velut fungos innasci autumo, (2) qui agrum limosum pinguioremque hortorum terram subinde & fabulum tales fovere lapides experior.

## §. VIII.

Si quid mihi de Bufoniorum ortu & generatione videatur fatendum est, ex gypsea Corallinorum Lapidum materia mirum figurabili eos coalescere dixerim, dum indissectis talem materiam ex granulis, bracteis, tubulis nitentibus & quasi vitreis facile agnoscendam distincte sat tis conspicio. Figuræ varietatem sic explico ut efformari rotundos conjiciam: cum gravior gypsei succi gurta à scaturagine avellitur soloque pulverulentō excepta non ipsa tantum indurescit sed per effluvia simul lapidifica circumiacentis terræ partes teneriores sibi adunit, ut inde molem acquirat tantò majorem quanto fortius virtutem suam versus ambitum exserit. Hemisphæricos verò: si ebulliens succus lapidificus pulverulentum terræ attollat cor-

## §. VII.

(1) Quod quidam volunt in  
Schwencfeli catalog. p.373.

(2) Ut videtur Hoffmanno Clavis  
Schroederianæ p.191.

corticem atque sub hoc velut modulo indurescat. Orbitalia sunt si aquæ succi particulae per terræ corticem transiunt & petrescentes subsident. Foveæ comparent in superficie, cum lapis exsiccatus denuo fonte submergitur lapidifico. Tunc eam expulso aëre bullæ protuberant ex lapide, in quarum intersticiis fruuntur petrescentes particulae, manentque post bullas evanidas elatiore si succus tenacior eas glutinet. Quodsi vero, tam fortis glutina non jungantur, disfluent in declivia bullularum vestigia, ipsamque superficiem reddunt hispidam. Colorem tandem quod attinet, ex agri conditione externus oritur. Hinc ager lutosus & ater subnigros, pallentior & arenosus pallentes quoque Bufonios gignit.

## §. IX.

Intelligimus hinc quanta eorum sit superstitione prævaque dispositionis ignorantia qui à sic dictis Bufonitis virtutem, medicinamque sibi pollicentur singularem. Quis crederet lapillos propria virtute candelam extingvere; (1) in veneni vicinia sudare, (2) pesti venenoque me-

## §. IX.

(1) Quod ex Job. de Laet docet Michaelis in notis ad Gafarelli curiositates inauditas p.m. 238.

(2) Quod perhibent quidam ap. Hoffmannum clavis Schröderianæ p. 191. Valentini musci P. I. p. 64.

mederi; (3) iictus venenatorum animalium reprimere (4) tumores denique & inflationes quasvis compescere. (5) Si forte flammula admoto lapide passa deliquum, vapor per calorem ad gelidum lapidem excitatus hoc effe-  
cisse putabitur. Non sentio quandam Bufonio adversari  
veneni speciem? Sit quod Bufonibus insit virtus alexi-  
pharmaca, (6) nec tamen hæc Bufonitis ex eo capite com-  
petit. Tumorem subcutaneum ex collisione ortum vel  
triti calcei solea vel quacunque alia duritie quis repres-  
serit. Cur ergo in Bufonitis ejusmodi facultas tantum ex-  
tollitur? Hactenus certe nullam horum lapidum præ-  
gypso advertere potui præstantiam, quam quod insolentio-  
rem figuram recipiant.

(3) De quo *Heltwich* Lexici Me-  
dico-Physici p. 392. *Hartnacius*  
admirand. Physic. p. 400. *Came-  
riarius* Cent. II. Oper. Subcis-  
p. 35.

(4) Quam opinionem legis in Ge-  
nero Redivivo p. 385. *Valentini*  
Mus. l.c. Hoffmanni clave pag.  
191. *Schwenckfeld*. p. 373. *Le-*

*Grand curios. nat. perscrut.* p.  
344. & aliis fere innumeris.

(5) Conf. *Wormium* l.c. *Hoffman-*  
*num* l.c.

(6) Quam prædicant *Hildanus*  
Cent. I. Epistolarum Epist. 96.  
*Kircherus* de arte magnetica  
l. c. & in magnetico naturæ  
regno p. m. 68..







Xa 1230

ULB Halle  
003 700 410

3



Nr. → 2

NC





PRÆLUCENTE DEO  
CONSENTIENTE AMPLISSIMA  
FACULTATE PHILOSOPHICA,

PAR I.  
**LAPIDUM IN  
AGRO PRUSSICO  
SINE PRÆJUDICIO CON-  
TEMPLANDORUM.**

DISSERTATIONE PUBLICA

*Pro Loco*

Professionis Physicæ Extraordinariæ

obtinendo

IN ACADEMIA PATRIA

exhibit

**M. CHRISTIANUS GABRIEL**  
*GÖTTSCHEI*

*RESPONDENTE*  
**HEINRICO REINHOLDO WEGER,**  
Philosoph. Stud.

*Ad diem 7. Maii Anni M D C C X V.*

Horis ante & pomeridianis.

*IN AUDITORIO MAIORI.*

*REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.*